

Nob. ac generose vir.

Varonius, cuius tantam et vocis, et modulaminis in Cantilenis gallicis laudasti dignitatem, venustatemque, iam ab octiduo mihi adfuit, deferens tuas gratissimas literas. Convocavi choragium meum, et per horum atque alteram auscultavi Musicam plurimum vocum, instrumentorumque. Laudabat soliditatem, intelligibilitatem, venustatemque totius modulationis. Postea in cubiculo meo domesticam cantum unam, duabus, tribusque vocibus desibi audiendum. Primo quidem auscultabat cantionem gallicam Blesse, tertio repetitam: et obstupuit continuis modulationibus, quoad accentum syllabarum, et verborum clarissimam intelligentiam: frequenter conceptisque verbis asserens (nisi simulaberit) se talem musicam ante hanc nunquam auditam, summo in pretio habere. Deinde audivit unam voculam, quam ego efformavi, Latino, Italico, et Belgico cantillantem ad clavicymbalum: et (ut adstantes referebant) attonitus captusque videbatur, audient semitonia mixta et majora, aliaque intervalla, tam clara exacteque pronuntiari, mirasque vocis flexiones summa agilitate, nitore, ac modestia intermisceri. Tum efflagitanti mihi unam cantilenam, recusabit, vel potius se excusabit; pectoris, vocisque asperitatem nimiam, et nocturnam profectioem, ab avis inclementi illusione, causatam: promittetque reditum post triduum, sue vocis liberaliter copiam. Hebdomas est, cumque necdum vidi. Putem quod se subduxerit sponte: sed cur? nescio. nihil enim obsequiorum scio a me pretermisum esse: quod omnibus qui tibi placeant, quosque mihi commendat, cum voluptate impendere soleo. Si ad vos redierit, non deero, ut excurream, cumque licet clam auscultem. Mihi etenim tantus sciendi ardens inest, ut nullos labores molestiasve horream, dum modo progressum facere liceat. Ex Campenio nostro data occasione intelligam, num Varonium auscultare liceat? atque interea Musicam in amicorum obsequium, tumumque imprimis, emulcandam, perficiendamque prosequar. Valde vir nobilem, et ama-

Tuum

Havlemi. Idib. Jan.

J. Alb. Bannium
1640.

[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and orientation.]

[Faint handwritten signature or name, possibly "A. Bannius".]

